



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Frankofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De forma servanda in provisione Beneficiorum simplicium. Tit. 7

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

TITULUS VI.

De forma servanda in provisione Parochialium.

SUMMARIA.

1. In Parochialium provisione forma per Concilium Tridentinum præscripta. 2. Quid.

In provisione Parochialium forma per Concilium Tridentinum præscripta *sess. 24. de reformat. cap. 18.* est observanda non factum; provisio censetur irrita. *secund. constit. D. Pii. 3. 2. super collat. Paroch. Ecclesiar.*

Forma statuta hæc; Ut occurrente Ecclesiæ Parochialis, etiam generaliter, vel specialiter reservatæ, seu affectæ, vacatione; ejus notitia habita, debeat Episcopus statim, si fuerit opus, in ea Vicarium idoneum, cum fructuum portionis assignatione congruâ, constituere; qui, donec Ecclesiæ provideatur de Rectore, ejus sustineat onera: & deinde prævio concursu & examine, coram examinadoribus, saltem tribus, juxta formam ejusdem Concilii in Synodo deputatis; eligat Episcopus ex approbatis cæteris magis idoneum; illique Ecclesiam conferat. Is ad quem spectat Collatio. &c. *Vide Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. per tot.*

TITULUS VII.

De forma servanda in provisione beneficiorum simplicium.

SUMMARIA.

1. An in Beneficiorum Simplicium provisione [Y] 2 specia.

- specialis requiratur forma. 4. Non presentati à personis Laicis.
2. An ulla citatio. 5. Quae in presentati institutione servanda forma.
3. Presentati, &c. ab Ecclesiasticis debent examinari. 6. Post termini lapsum audiendus nullus.

Corvin
De Person
et Benefic. Ec

G I
32

- 1 **I**N provisione beneficiorum simplicium, ad collationem liberam Ordinariorum, etiam Episcopo Inferiorum, spectantibus, nulla specialis forma iure reperitur praescripta.
- 2 Nec requiritur in eorum collationibus citatio, aut vocatio etiam per Edictum, *Gloss. in fin. de elect. in 6. verbo observari. Franch. in c. constitutis. 2. num. 12. de appellation. nec concursus; sed sufficit pro videri idoneum. Gloss. in can. monasterium. 16. qu. ult. & c. 3. de iur. patron. verb. qui maioribus. ubi Abbas num. 11.*
- 3 Presentati autem, seu electi, vel nominati, à quibusvis personis Ecclesiasticis, nec institui, nec confirmari, nec admitti, etiam contra privilegium vel consuetudinis praetextu, debent, nisi prius fuerint ab Ordinariis examinati & idonei reperti. *Concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 13. & sess. 25. de reform. cap. 9. vers. ad hac.*
- 4 In presentati à patronis Laicis, Episcopi examen non requiritur necessario. *sec. d. sess. & cap. Garc. d. loc. num. 9. cum seqq.*
- 5 Praeterea in Presentati institutione servanda est forma. *c. fin. de elect. in 6.* Nempe ut praecedat Citatio, cum termino competente & preceptorio, specialis, si est coelectus vel apparet oppositor: si non generalis: aliàs institutio est nulla. *Joan. Andr. Domin. Franch. post Gloriam in d. c. fin. Guidobon. decis. 55. refer. Garc. d. part. cap. 4. num. 3. & 6. & 8. Nisi contraria sit consuetudo: Lambert. de iure patron. 2. part. 2. lib. qu. 6. art. 14. Quae probanda. Puteus decis. 306. lib. 1.*
- 6 Post lapsum termini, audiendus, etiam re integra, id est, institutione non secuta, nullus. *Felin. in c. cum Bertholdus. num. 13. de re iudic. Rotus*

Rochus tract. de jure patron. verb. honorificum. num. 5. & verb. competens. num. 51. Lambert. eod. tract. 2. part. 2. lib. qu. 6. art. 26. & 28.

TITULUS IIX.

In Beneficii provisione quæ requirantur.

SUMMARIUM.

Quæ præter dicta, ad Beneficiorum collationem requirantur.

Præter jam enarrata in beneficiorum collatione observanda, sunt hæc: 1. Debet ea esse gratuita. 2. Integra: Ubide annuis & Pensionibus: 3. Pura. 4. Non surreptitia: 5. Publica; Ubi an Clandestina valeat: 6. Quomodo provisionda. De quibus singulis titulis sequentibus.

TITULUS IX.

Beneficii collationem debere esse gratuitam.

SUMMARIUM.

- 1. Beneficiorum Collatio debet esse gratuita.
- 2. Ambitiosa est irrita.
- 3. Pacto, pecunia intervenue, facta censetur ambitiosa & Simoniaca.
- 4. Unde Simonia dicta.
- 5. Qui eam committant.
- 6. Simoniaca provisio est nulla.
- 7. Nisi Simonia sit Mentalis.
- 8. Provisi Simoniacè quæ pœna.

[Y] 3

3. Transf.

ULS
HIS
elestia
V.